

Johann Huswedel Johannes Reichel

De Summo Bono Ethico Seu Morali Disputatio

Rostochii: Reusnerus, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729462560>

Druck Freier  Zugang



Rk phil 1637

Johannes Nüwidel

Johannes Reichel



Edv Jēō

De

SUMMO BONO
ETHICO SEU MORALI
DISPUTATIO

Quam

SUB PRÆSIDIO

DN. M. JOHANNIS HUS-

WEDELII, Phil: Pract: Professoris publici, in
Academia Rostochiensī, Præceptoris sui hono-
randi, publicè ventilandam

proponet

JOHANNES Reichel Angerburgo-
Prutenus

*In Acroaterio majori horis matutinis ad
diem 25. Octobris.*



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS REUSNERI,

ANNO 1637.

o DeVs a nostrIs aVerras protInVs orIs
hosteM, tVqVc tVIs præsto sIs ChrIste benIgne;

Summa Rostock
1711

Die Kunst der
Schiffbaukunst

von
Johann Baptist
Euler



ROSTOCK
Johann Baptist Euler

1711
In der
Buchhandlung
von
Johann Baptist Euler
in Rostock



Uanquam intellectus & voluntas omnesq;
hominum vires peccato originis miserrime
destructæ sint, adeo ut in mente nil sit nisi
æpocia veri & ignorantia maxima, in vo-
luntate a tæxiæ prava appetendi libido, &
in omnibus membris contumacia adversus
DEUM, tamen rudera quædam boni-
tatis in homine permansisse certum est, permansit quædam tam
creaturarum quam Creatoris in homine cognitio, quamvis im-
perfecta, permansit quoq; opus legis moralis quodammodo, scri-
ptum in cordibus etiam gentilium, hæc omnia cum DEUM
authorem habeant, à nullo Christianorum sine blasphemia in cen-
sû malorum sed bonorum potius sunt habenda; Si jam vitæ hujus
datur aliquod bonum, ut datur, utiq; & Summum aliquod dari
bonum necesse est, quicquid ergo ex his omnibus deprehendetur
tale quid esse, ad quod tanquam ad finem omnes nostræ actiones,
omnia consilia, omnia proposita referri possunt, sub nomine
Summi Boni veniet, & quidem hujus vitæ, quam materiam
ceu dignissimam & utilissimam hac vice disputationis includi sub-
jicere placuit, ne verò à vero aberremus; Tu.

Nos rege, nosq; doce, nos duc, Ter Summe JEHOVA,
Da verum finem da quoq; nosse bonum;

THESIS I.

EX omnibus bonis quæ homini in hujus vitæ
curriculo obtingere possunt, esse aliquod Summum,
verificat 1. Uuiversalis hominum conatus, qui ad finem
ultimum dirigitur; 2. Infiniti fuga, si enim actiones
humanæ ad unum aliquem non dirigerentur finem, sequeretur
appetitum humanû procedere in infinitum, nilq; habere in quo
acqui-

acquiescere posset, quod absurdum, cum DEUS & natura nil frustra faciant;

2. Finis hujus præstantissimi consideratio, ut maximè in vita civili necessaria est, ita ad principem civilem disciplinam videlicet Ethicam spectat, hæc enim cæteris imperat, dirigit, certosq; modos, terminos ac limites unicuiq; civitati præscribit, & ita non tantum privatum sed publicum totius Civitatis bonum considerat. Arist. l. 7. pol. c. 13.

3. Summum hoc Bonum varia quidem admittit nomina, dicitur enim *ευδαιμονία* felicitas, *ευτυχία* prospera fortuna *εὐνομία* bona actio, *εὐζωία* vitæ rectitudo, unius tamen sunt valoris;

4. Rem vero quod attinet diversæ de eâ inveniuntur opinionones, imò sæpe fit ut idem à seipso diversum sentiat, cum enim ægrotat, sanitatem; cum pauper est, divitias Summum Bonum putat;

5. Nos vero iis cæterisq; aliis missis, celebriores enarrabimus, & de singulis quid statuendum, brevibus nos expediretos dabimus.

6. Quidam in voluptate, quidam in Honore, quidam in Divitiis, quidam in Idea, quidam in habitu virtutis, Summum bonum collocant.

7. Prima opinio quæ Epicuro ejusq; Affectis tribuitur, siue corporis siue animi voluptas eâdem intelligatur, approbari minimè potest, corporis voluptas Summum bonum dici nequit, cum sit communis hominibus cum bestiis, jam verò hominum & bestiarum non unus est finis, cum hic sequatur rei ipsius seu formæ intrinsecam constitutionem, forma autem bestię est *αλογον π*, hominis verò *π λογικόν*, quæ cum sint contraria, E. & finis unus idemq; hominis & bestię non potest esse; Deinde corporis voluptas cum maximis vitiis, adulterio, luxu, &c. stare potest, quis verò sanæ mentis Summo Bono ea tribuere vellet; Nec in animi voluptate consistit Summum bonum, cum respectu felicitatis sit rei affectio, non ergò ipsa res, sequitur summum bonum non constituit.

8. Nec

8. Nec secundæ opinioni subscribere possumus, honor enim sive fit is, qui ob majorum virtutem defertur, qui alias Nobilitas dicitur, sive qui ob propriam virtutem obtingit, ut laus gloria & Nominis celebras, non in nostra potestate est, sed illorum qui conferunt; Honor enim non est honorati sed honorantis; Proinde honor non expetitur nisi propter virtutem, ut quanto quis dignitate major cæteris, tanto etiam virtute alios excellere censeatur, hinc etiam præmium virtutis dicitur, ergo honore virtus potior, propter quod enim unumquodquod tale est id magis tale est.

9. Tertiæ in Divitiis summum bonum collocanti, etiam non ad stipulamur, divitiæ enim cum naturalibus, quæ ad corpus aut alendum aut tegendum faciunt, ut cibus, vestitus, &c. vel artificiales, quæ secundario ad vitam spectant, quatenus videlicet earum beneficio naturales illæ comparantur, ut sunt Nummi, neutrum tamen genus summum bonum dici potest: non hoc, quia nulli rei est, nisi ad naturales divitiis semper referatur: Non illud, quia usum vitæ, summum vero Bonum animum potius spectat.

10. Quarta Platoni vulgò adscribitur, quod omnium bonorum communem quandam finxerit esse ideam, sive formam essentialem, per se extra DEUM seorsim existentem, aqua reliqua omnia bona suam habeant essentiam, & in hujus ideæ contemplatione, felicitatem hominis esse positam; Nos, an Idea talis Platonica detur, silentio involventes, summum hominis bonum in contemplatione Ideæ nullo modo esse positum, dicimus, cum hic non queratur de bono theoretico sed pratico seu morali, & quidem ejusmodi, quod humana diligentia comparari potest, quid de Idea Platonica, quæ vix animo, nedum industria humana potest percipi, dici nequit.

11. Quinta opinio, quæ est Stoicorum, etiam vacillat summum enim bonum est propter se, & omnia propter illud, at habitus virtutis tendit ad operationem seu usum; Et quid? habitus seu virtutis actus primus etiam otioso & misero potest inesse, Summum vero Bonum non nisi in agentibus est.

12. His opinionibus, ut veritati naturæ ac societati civili minus congruis, rejectis, nostram cum Aristotele de Summo Bono sententiam breviter subijcimus, quod sit, Operatio animæ rationalis, secundum virtutem optimam & perfectissimam in vita perfecta;

13. Genus hujus definitionis est operatio, perfectissimum siquidem bonum, perfectum etiam quoddam in quo collocari debet, requirit, atq; tum demum res dicitur perfecta cum in actu existit, uniuscujusq; enim rei ad operationem destinata ultima perfectio in operatione conspicitur, uti in homine quæcunq; sunt propter operationem sunt, merito ergò Summum Bonum per operationem definitur, excludendo etiam hanc ratione otium, idq; propterea, ut ignavis & improbis detrahatur & solis probis ac virtuosis tribuatur;

14. Differentiæ loco ponuntur tria, quod videlicet sit operatio I. Animæ rationalis, felicitas enim cum non à corpore dephdeat, nec respectu corporis, sed animi, homini tribuatur, ideò merito animæ rationalis dicitur operatio, non Sentientis, non vegetantis, excludendo animantia bruta, quibus cum nec ratio, sic nec Summum Bonum competit II. secundum virtutem optimam & perfectissimam, virtus h. l. collectivè poterit intelligi, pro omni virtute Ethica in summo gradu & perfectione constituta, longo usu ac crebris operationibus in animo confirmata. III. In vita perfecta; h. l. intelligitur perfectio & ætatis firmatum judicium flagitans, & temporis seu durationis, sicut enim non una hirundo Ver, ita nec unus actus beatum facit; breviter hæc de Summi Boni essentiâ: sequuntur quædam.

QUÆSTIONES.

1. An Summum Bonum homo in hac vita assequi possit? Aff. datâ enim causâ datur & effectus, jam verò in homine vitam hanc viventem datur causâ beatitudinis, quæ est actio secundum virtutem E. & effectus summum bonum.

2. An ante mortem quis beatus dici queat? Aff. Solon unus è septem sapientibus disertis scribit verbis: Neminem ante

ante ultimum diem debere dici beatum. De Solonis hujus sententia explanatione varii variant, quidam eam de summo bono Theologico in cognitione & dilectione Summi DEI consistente, intellectuam volunt, quam in hac vita nemo mortalium perfecte assequi valet; alii dicunt felicitatem posse considerari, vel, absolute & undiquaq;, sic nemo beatus, nisi prius exitum ejus viderimus, vel, pro nunc tempore definito, sic dici potest beatus, qui constanter secundum virtutem vivit; alii præterea distinguunt inter esse felicem, & pronunciarī felicem, posse quidem; ajunt, felicem quendam in hac vita esse, at non denominari, nisi post mortem, verum ista omnia non videntur rem tetigisse, nos potius dicimus, Solonem locutum esse de beatitudine ex opinione vulgi consideratā, quatenus videlicet beatus sit is, qui bonis externis sufficienter sit instructus, non ex opinione sapientum, qui Summum Bonum calamitatibus obnubilari quidem, non tamen statim tolli astrunt.

3. An Summum Bonum cum miseria in eodem subjecto simul stare possit, adeoq; an felix possit dici miser? Neg. Si acerbis fortunæ telis quoad corpus vel fortunam lædatur tunc felix quidem premitur & bonum ejus obscurari potest, non tamen opprimitur seu felix esse desinit.

4. An felicitas Ethica Theologicæ sit adversa? Neg. non enim sunt contrariæ sed subordinatæ, cum utraq; in Christianis & viris politicis deprehendatur;

5. An summum bonum sit bonum honorabile vel laudabile Aff. prius; honorabilia enim propter se sunt veneranda, laudabilia vero propter usum quem præstant.

6. An bona externa à felicitate plane excludenda? Neg: insurgit contra hanc quæstionem tota Stoicorum porticus, felicitatem hanc nostram bona externa requirentem, examinatam & mollem appellans; ast quicquid homines isti dicant, externa ista bona excludenda non sunt à felicitate sed ad ejus integritatem planè sunt necessaria, nonnè enim felici ad exercendas actiones virtutis magis conducit, vitā esse sanā & dolorum experte? frui divitiis? fulgere honoribus? potius quàm continuis vexari morbis, perpetuā premi paupertate, omnibus despica-

tui esse? annon hæc omnia virtuti tanquam instrumenta suo fini
subserviunt, nonne ad ejus actiones nos promptos & expeditos
reddunt?

7. *Quæ* nam sit causa summi boni? R. DEUS ut efficiens,
hominis industria ut cooperans, ii enim felicitatis compotes
minimè sunt, qui dies noctesq; virtutis remis non incumbunt,
felicitas ut palma proponitur, sed sine industria hominis non ac-
quiritur;

8. An detur Summum malum summo Bono oppositum?
Aff.posito enim contrariorum uno in natura, necesse est etiam
alterum dari, sicut ~~magis~~ summum Bonum in actionibus virtu-
tum sic summum malum in actionibus vitiorum consistit.

COROLLARIA.

I.

An Amicitia locorum intervallo hominumq; absen-
tiâ tollatur? Neg.

II.

An Amicitia inter duos contracta, si alter eorum po-
stea in excellentia virtutis multis gradibus ex-
cellat, sit servanda? Aff.

III.

An Parenti, an vero uxori, si uterq; in eodem vitæ
periculo sit, succurrendum? R. nos uxoris par-
tes tenemus;

IV.

An Nobilitas à Matre ducatur? Neg.

Gloria, laus & honor, sit tibi Summe DEUS!


ante ultimum diem debere dici beatum. De
tentia explicatione varii variant, quidam e
Theologico in cognitione & dilectione S
flente, intellectam volunt, quam in hac vit
perfecte assequi valet; alii dicunt felicitate
vel, absolute & undiquaq; sic nemo beatus
ejus viderimus, vel, pro nunc tempore def
beatus, qui constanter secundum virtutem v
distingvunt inter esse felicem, & pronunc
quidem, ajunt, felicem quendam in hac vit
minari, nisi post mortem, verum ista omnia
tetigisse, nos potius dicimus, Solonem locu
dine ex opinione vulgi considerata, quate
sit is, qui bonis externis sufficienter sit inst
nitione sapientum, qui Summum Bonum cal
lari quidem, non tamen statim tolli astruunt

3. An Summum Bonum cum miseria
simul stare possit, adeoq; an felix possit dici
bis fortunæ telis quoad corpus vel fortunam
quidem premitur & bonum ejus obscurari
opprimitur seu felix esse definit.

4. An felicitas Ethica Theologica sit
enim sunt contrariae sed subordinatae, cum
& viris politicis deprehendatur;

5. An summum bonum sit bonum ho
bile Aff. prius; honorabilia enim propter
laudabilia vero propter usum quem prestat

6. An bona externa a felicitate plane
insurgit contra hanc quaestionem tota Stoic
citatem hanc nostram bona externa require
& mollem appellans; ast quicquid homine
ista bona excludenda non sunt a felicitate si
tem planè sunt necessaria, nonnè enim fe
actiones virtutis magis conducit, vitâ esse
perte? frui divitiis? fulgere honoribus? po
vexari morbis, perpetua premi paupertate



is sen
bono
confi
alium
erari,
itum,
poteft
erea.
poffe
deno
rem
atitu
beatus
x opi
nubi

jecto
acer
felix
tamen

non
ftianis

auda
anda,

Neg:
s, fel
natam
terna
grita
endas
m ex
tinuis
spica
CMB